

petano Rantio Quirinali | Val. Festo leg. Aug. pr. pr.<sup>3</sup>; | D. Cornelio Maeciano leg. Aug.<sup>4</sup>; | L. Arruntio Maximo proc. Aug.<sup>5</sup>; | leg. VII Gem. fel.<sup>6</sup>; | civitates X | Aquilavienses Aobrigens. | Bibali Coelerni Equaesii | Interamici Limici Aebisoc.<sup>7</sup> | Quarquerni Tamagani.

*In Gallaeia loco dicto Chaves (regni Portugallici) (II 2477 cf. suppl. p. 902 ad exemplum potissimum Gasparis Castris sumptum anno 1548). — 1) A. 79. — 2) Erasmus nomen Domitiani. — 3) Huius legati propraetore provinciae Hispaniae titulum dabimus infra inter senatorios. — 4) Legato Augusti sine dubio legionis eius quae mox nominatur septimae Geminae felicitis. — 5) Procuratore Augusti, scilicet Asturiae et Gallaeiae. — 6) Videtur casus sextus (cf. supra Nr. 252 not. 4). — 7) Cum reliqua nomina civitatum harum Gallaeiarum ordine litterarum disposita sint, Figueiredo doctus Portugallicus coniecit, in lapide fuisse NEBISOC vel EBISOC; et memorari fluvium Nebim apud geographos; cf. Huebner l. c. p. 902.*

**255** divo Vespasiano Augusto s. p. q. R.

impp. Caess. Severus et Antoninus pii felic. Augg.<sup>1</sup> restituer.

*Romae in epistylis aedis ordinis Corinthii sitae in foro sub Capitolio, cuius hodie supersunt tres tantum columnae cum litteris . . . estituer.; integram inscriptionem vidit auctor syllogae Einsidlensis (VI 958). — Templum divi Vespasiani memoratur a chronographo q. d. a. 354 et in Curioso urbis. Cf. Jordan top. I 2 p. 192 seq. 411. — 1) Nota Severum, qui alias dicitur Pius Pertinax, una cum filio dicti Pium Felicem.*

**256** divo Caesari | Aug. Vespasia|no, censori, | municipium M[u]niguense d. d., | L. Aelius Fronto | dedicavit.

*In Baetica loco dicto Mulva, ubi fuit municipium Muniguense, rep., nunc Hispali: descr. Huebner (II 1049).*

**257** Flaviae Domitillae<sup>1</sup> | [imp.] Vespasia[n]o [i] Caesar[is] Aug. | . . . . .

*Herculanei rep., est Neapoli (X 1419). — Titulus positus ante consecrationem Domitillae, quae evenit fortasse demum sub Tito (Eckhel 6, 545. 546.).*

**258** T. Caesari Au[g. f.] | Vespasiano im[p.], | trib. potest., co[s.],<sup>1</sup> censori desig.<sup>2</sup>, | collegioru[m] | omnium sacerdotu[m].<sup>3</sup>

*Romae in foro rep. a. 1879 (Eph. epigr. 4, 799). — 1) Titus tribuniciam potestatem accepit biennio post patrem, i. e. kalendis Iulii a. 71, consul primum fuit a. 70, iterum a. 72; titulus igitur positus est secundo semestri a. 71. — 2) Cf. N. 247 not. 5. — 3) De Caesaribus in collegia sacerdotum maiora omnia ex s. c. supra numerum adlectis cf. Mommsen Staatsrecht II p. 1050. Adlectionem T. Caesaris inter Augustales testantur acta eorum (VI 1984).*

**259** [Caesari] T. imp. | [V]espasiano, Aug. | [V]espasiani f., conser[va]tori Pacis Aug.

*Valentiae (II 3732 vidit Huebner; supplevit Mommsen act. acad. Berol. 1860 p. 450).*

**260** imp. T. Caes. | Aug. f. | Vespasian. | pont., tribu[n.] pot. II<sup>1</sup>, | imperat. III, | cos. II design. III<sup>2</sup>, | censori, d. d.

*Sestini in Umbria (Bull. dell' inst. 1856 p. 141). — 1) Kal. Iul. 72. 3. — 2) Consul tertium fuit a. 74.*